



alio cibo, & potu, sine requie, & somno, & Moyses stetit quadraginta diebus in monte sine ullo cibo, & sancta Catharina Senensis à feria quarta Cinerum usque ad diem Ascensionis sine ullo cibo, sed sola Eucharistia, sic & similiter S. Maria Magdalenà per multos dies & tunc isti sancti erant extra communem modum vivendi, & sine dubio magno merito proficiebant; ergo & sic isti sancti. Nec obstat id, quod obijciunt, quia inde Elias; & Henoch plus mereantur, quam B. Virgo Maria, falsa est illatio, meritum non solum crescit ex repetitione actus, sed etiam ex eius fervore, intentione, ac ex dignitate personæ merentis, & ex cumulo gratiarum ejus, quæ omnia in Sacratissima Virgine abundantissime superant omnes puras creaturas etiam collectivè sumptas, Imo ut dixi tom. 1. in Evangel. lib. 1. quæst. 57. num. 164. ex D. Bernadino Senensi; quod plus meruit Beatissima Virgo eo actu, quo Angelo annuntianti assensit, quam omnes sancti simul omnibus suis actibus, & meritis.

12. Suar. Perer. Valquez.

Sententiam negantem tenet Suarez tom. 2. in 3. part. disp. 55. sect. 1. Perinus lib. 7. in Genes. disp. de Henoch quæst. 5. Valq. 1. 2. disp. 216. Esto admittatur hæc sententia, inde magnum, ac perexcessum meritum Eliæ aspiciatur, Quodnam majus meritum potest considerari in uno puro homine quam quod libertissime se conformet cum voluntate Divina ac se subiciat hujus altissimæ providentiæ & promptissimus sit in acceptatione, ita ut velit esse privatus cælesti beatitudine, visione Dei, confortio sanctorum per tot millia annorum, ut Deo magnis laboribus serviat, ac obsequatur, Ecclesiam ejus custodiens, ac pro ea propugnans contra crudelissimum adversarium, Dei famulos servans, ac corroborans in fide, errores, falsitates, & abominaciones Antichristi destruens, ac dissipans, sustinens durissimas persecutiones, quales nunquam fuerunt, nec erunt, & tandem vitam magnis tormentis, ac opprobriis pro Deo profunderet, & ad hoc vult esse privatus per tot sæcula ipsa beatitudine, ac Dei visione ô magnum meritum! ô summa Charitas!

13. Itai 6.

Vidit Isaias Dominum in folio excelso, & elevato: Seraphim stabant super illud: sex ala uni, & sex ala alteri, duabus velabant faciem ejus, & duabus velabant pedes ejus, cap. 6. v. 2. Hebræus, & multi alii legunt, velabant facies suas. Seraphim summo affectu ardent Dei visionem; in quem desiderant Angeli prospicere, 1. Petri, 1. num. 12. si Seraphim fruentes Dei visione assistunt throno ejus, ad quid velant facies suas, ad quid se volunt divina visione privare: viderunt illi cælestes spiritus, qui sunt amore inflammati, ut explicat D. Dyonis. de cælesti Hierarchia, quod necesse erat aliquantulum volare in terram ad purificandum Isaiam: Et volavit ad me unus de seraphim, & tetigit os meum, & dixit, ecce tetigit hoc labia tua, & auferetur iniquitas tua & peccatum tuum mundabitur, num. 5. Velant Seraphim facies suas, ne splendor illius lucis eternæ impediatur, ac obstaculum sit eis ad volandum, ac subveniendum homini peccatori, ideo contingunt Seraphim facies suas, ne superna illa lux valeat retardare, ut magis ser-

1. Petri. 1.

D. Dyonis.

viant, ac misero homini subveniant. Ecce suprema charitas Seraphim supernorum spirituum amore flammantium, cum per breve instans patiuntur privari Divina visione, ut magis ferviant, & mundent hominem pollutum, Quam maxime decantanda, ac celebranda sit inflammata Eliæ charitas, cum non pro uno instanti, sed per multa millia annorum cum magno laborum dispendio patiatur privari cælesti beatitudine, non pro salute unius hominis, sed pro vita totius mundi, ac omnium hominum. Hunc spiritum ebiberat Moyses vehementer desiderans Deum videre; dicebat ad Dominum: Ostende mihi faciem tuam. Exod. 33. num. 13. Cui respondit Dominus: Non poteris videre faciem meam, non videbit me homo, & vivet. Ibid. num. 20. Totus admirandus exclamat D. Aug. in Soliloq. cap. cur Moyses non dixit, Eia Domine moriar ut te videam? Cum non postulat mortem, ut sui desiderantissimi voti compos ferret. Tanta erat ingens charitas Moysis, quod potius volebat vivere, ut Deo famulatum præberet, instruens, & docens populum in cultu, ac veneratione Dei, in ejusque mandatorum observantia quamquam maxime exoptabat Dei facie frui, ac ejus felicissima visione recreari, ac gaudere: plus optabat inservire, quam optatum Dei vultum cernere.

D. August.

Magis celebrantur, ac decantantur in Scriptura obsequia, & famulatus Jacob quatuordecim annorum ob pulcherrimam suam Rachel: videbantur ei pauci dies pre amoris magnitudine, Gen. 29. num. 20. quam obsequia, & famulatus David pro sua illustrissima Michol. 1. Reg. 18. num. 28. Et quantum comparatio unius cum altero? Nam Jacob nunquam suam vitam posuit in manifesto discrimine, ut David interficiens Goliath, & magnam multitudinem Philistinorum, Ibidem num. 27. Verum est quod majora fuerunt Davidis obsequia, ac conferendum; ac Jacob serviebat magna annorum intercapedine ad operas nuptias fruendas, & obsequia præstare, dum possessi præmii in longum, & ad multum tempus differtur, hic maxime amor comprobatur, & generosa virtus declaratur, Salvianus lib. 2. de Gubernatione, Elongata merces, ait non angusto, sed generoso capitis animo. Quam ampla, & sublimis animi generositas, Eliæ, qui non angustiat, sed maxime dilatur tam dilata mercede, ut magis serviat, & majora obsequia præstet. De his meritis Eliæ etiam quæstione sequenti.

14.

1. Reg. 18.

Salviani.

QUESTIO II.

Eliæ valde præclarus, ac excelsus dominus; ac prærogativis, & mirabilibus?

SUMMARIUM.

- 15. Valde rarus, qui ut Eliæ laudatur.
16. Eliæ potius à Dei gratia, quam à natura datus.
17. Eliæ tam mirabilis in operibus, ut ejus inimici

- mici præ invidia consumerentur.
18. Per qua quis peccat, per hæc & torquetur.
19. Eliæ dominatur elementis, & sic imperat, ac se esse in celo.
20. Panis Eliæ mirabilior manna.
21. Obedientia mirabilior operatur.
22. Ostendatur sanctitas corporis Eliæ, maximum miraculum operatur.
23. Moysi oranti, Eliæ tacenti datur visio Dei.
24. Melius loquitur meritum, quam vox, ibid. & num. 25.
26. Eliæ zelus intensissimus, & n. 27.
28. Hæresis malum à radice extirpandum.
29. Dolet Eliæ de morte sua, ne malum idololatria crescat.
30. Eliæ Reges non timet, & eis ad mortem denuntiat, & n. 31. 32. & 33.
34. Reges arguitur miraculum, tanquam mortuos suscitare.
35. Eliæ modestia, ac humilitas.
36. Elogia sanctorum Prophetarum, & n. 37.
38. Eliæ veluti Sol suam splendorem, non solum in se continet, sed etiam in alios diffundit, & n. 39.
40. Dolores ob descensum Eliæ magna dona pariunt, & n. 41.
42. Eliæ auctor, ac princeps vite monasticæ.
43. Eliæ inter omnes gloriosus victor ascendit, & num. 44. & 45.
46. Cur Elias in curru igneo fertur?
47. Ubi Elias adest non est necessarius Angelos ad dirigendam viam in celum.
48. Ascendenti Eliæ in celum omnia dant famulatum, & n. 49.
50. Eliæ, & Henoch ut Apostoli, & 51. & 52.
53. Mors non potuit extinguere zelum Eliæ.
54. Maxime Deo grata mors, quæ est ad aliorum vitam.
55. Eliæ consummator novi Testamenti.
56. Eliæ maxime nobilitatur, ac extollitur à Christo, & n. 57.
58. Eliæ in transfiguratione apparet in maiestate ut trium votorum institutor.
59. Eliæ cum magna gloria ascendit in celum.
60. Eliæ in canaculo è manibus Christi accipit sacram Eucharistiam.
61. Eliæ & Henoch tempore Antichristi sustentabunt Ecclesia brachia.
62. Alia de Eliæ.

15. Eccles. 48.

Tigurina.

Syriacus.

Septuag.

16.

3. Reg. 17.

Itai. 1.

Striacides, seu Ecclesiasticus admirans multitudinem, ac magnitudinem portentorum, ac mirabilium Eliæ, ad eum se convertens, eique congratulans exclamat: Quis tam mirabilis, & gloriosus in facinoribus suis, ac tu ô Elias, ait cap. 48. n. 4. Sic amplificatus est Elias in mirabilibus suis, & qui potest similiter sic gloriari tibi. Tigurina. Quam gloriam miraculis tuis adeptus es: aut quis tecum paria gloriatur. Syriacus. Et quisquis tui similis est laudandus. Septuaginta. Et quisquis similis tibi ut gloriatur. Explicat Biblia maxima, in miraculis, prodigiis in zelo, & ardenti Dei amore valde rarus erit, & valde rara hæc phrasis in scriptura invenitur. Et dicitur citato loco: Surrexit Elias Propheta quasi ignis. Dicitur surrexit, sicut & 3. Reg. 17. num. 1. Dixit Elias Propheta absque ulla genealogia, & narratis parentibus: ut in aliis Prophetis. Viso Isaiæ, filii Amos, cap. 1.

num. 1. Verba Jeremia filii Helcia, 1. num. 1. Et Jerem. sic de cæteris; ac Elias subito, introducitur absque ulla narrata generatione; sed tantum ex Dei mandato verba proferens. Dixit Elias Propheta, si erit annis his ros & pluvia. Ut inde deprehendatur quod ipse non tantum fuit à natura productus, sed potius à divina gratia datus, & dicitur: Surrexit Elias quasi ignis; quia ardebat charitate Dei, zelo honoris Dei, ac salutis proximorum: Et verbum ipsum quasi facula ardebat. Lyranus: Accendendo auditores ad amorem divinum. Tam ardentia fundebat verba Elias, ut flammæ cruciari videretur; tam ad inflammanda corda bonorum, quam ad dissipandos, ad destruendos adversarios; inde rectè dicitur Elias, quia ut ex Hæbreo legit D. Hieronymus, id est fortis Deus seu fortitudo mea; quia divina fortitudine, ac omnipotentia armatus confregit Baalitas, ac domuit Achab.

D. Hieron.

17. Primum donum & valde mirabile Eliæ seu prærogativa fuit ejus summa puritas, integritas ac sanctitas; pro quo audiendus. D. Isidorus lib. de Ortu, & interitu Prophetarum cap. 35. ait Elias sacerdos magnus, atque Propheta habitator solitudinis, fide plenus, devotioe summus, in laboribus fortis, industria solers, excellenti ingenio præditus, in exercitatione discipline rectus, in sancta meditatione assiduus, metæque mortis intrepidus. Valde sublimis, & præclara fuit virtus, ac sancta probitas Eliæ, ut nihil etiam ejus adversarii audent dicere contra eum, nec in eum maledicta, & opprobria conjicere, ut fecerunt contra Moysen Jeremiam, & alios. Et cum Elias occidisset omnes Prophetas Baal 3. Reg. 18. num. 40. & cum Jezabel crudeli odio æstuarer in Eliam, nullam blasphemiam, nullum crimen audent conjicere in eum, licet Jezabel ei mortem mineret: Hæc mihi faciant Dii & c. 5. Reg. 19. num. 2. ait Ecclesiastes de Eliâ 48. num. 2. Ir- ruitantes illum invidia sua pauci facti sunt. Hoc est ejus inimici, & contrarii præ invidia suorum operum, ac mirabilium, cum non haberent aliquid dicere contra eum, ipsimet consumpti sunt, & in paucos redacti: Recte apud D. Chrysostom. homil. 3. de Eliæ Eliæ nomen interpretatur Sol; de quo ait Quintilian. lib. 2. solem omnes venerantur, & sua luce noctium tenebras dissipat.

Primum donum.

D. Isidorus.

3. Reg. 18.

3. Reg. 19. Eccles. 48.

D. Chrysostom.

Quintilian.

18. Secundum donum seu prærogativa Eliæ; quod lingua ejus clavis cæli esset facta. Si erit annis his ros, & pluvia, nisi juxta oris mei verba 3. Reg. 17. num. 1. O summa hominis potestas, exclamat Eucherius: Magna vis prophetice dignitatis humanus sermo est, divinus effectus. In terris homo loquitur, & imperia ejus cælestes obediunt potestates. Commovet omnem creaturam. Unus sermo Propheta, & miro modo humi sonans aëra, cælumque concussit. Turbatum est humani ministerii ordo, à seculis institutam elementorum harmoniam conturbavit. Et altissima ratione Eliæ per famem, ac siccitatem punit Achab, ac Baalitas, quia ut dicitur superiori cap. 16. num. 32. Et posuit aram Baal in templo Baal, quod edificaverat in Samaria, & plantavit lacum; seu nemus jucundissimum, ut illius amenitate, ubertate, ac oblectatione cunctos ad cultum Baal alliceret, meritò ergo qui frondosa ubertate, ac amena jucunditate peccava

1. Reg. 17. Eucherius.